LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 145r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">





elementum est lucis ac uite: unde appareret hominem: qui eo utitur: i
mortalem sortitum esse conditionem: Quia id illi familiare est: quod
facit uitam: Virtus quoq; soli homini data magno argumento est imor
tales esse animas: quod non erit secdm naturam: si anima extinguitur:
Huic n. pnti uite nocet: Nam uita ista terrena: quam coem cum multis
animalibus ducimus. & voluptatem expetit: cuius fructibus varijs
ac suauibus delectatur: & dolorem fugit: cuius aspitas naturam viuenti
um acerbis sensibus ledit & ad mortem pducere nititur: que dissoluit ani
mantem: Si ergo uirtus & prohibet his bonis hominem: que nāliter ap
petuntur: & ad sustinenda mala impellit: que naturaliter fugiuntur: er
go malum est uirtus & inimica nature: stultumq; iudicare: nece est: q
eam sequitur: Quoniam si ipse ledit & effugiendo bona presentia. &
appetendo eq; mala sine spe fructus amplioris: Nam cum liceat nobis
iocundissimis frui voluptatibus: nonne sensu carere uideamur: si mali
mus in humilitate. in egestate. in contemptu. in ignominia uiuere.
aut ne uiuere quidem. sed dolore cruciari & mori: ex quibus malis
nihil amplius assequamur: quo possit voluptas omissa pensari: Si
aut uirtus malum non est: facitq; honeste q voluptates vitiosas turpes
q; contemnit: & fortiter: quod nec dolorem nec mortem timet: ut offici
um seruet: Ergo aliquod maius bonum assequetur: nece est: q sūt illa
que spnit: At vero morte suscepta: quod ulterius bonum sperari pot:
nisi eternitas: —

Transeamus nunc vicissim ad ea: que uirtuti ipugnant.
ut & ex his imortalitas anime colligatur: Vitia omnia tempa
lia sunt: Ad pns n. cōmouetur ire impetus: recepta ultione
sedatur: libidinis voluptas corpis finis est: Cupiditatem aut sacietas
earum rerum: quas expetit: aut aliorum affectuum ꝯmotiones inte
rimunt: Ambitio postq; honores: quos voluit adepta est: consenescit:
Item cetera uitia consistere ac pmanere non possunt: sed ipso fructu:
quem expetunt finiuntur: Recedunt ergo & redeunt: Virtus aut sm
ulla intmissione ppetua est: nec discedere ab ea pot: qui eam semel capit:
Nam si habeat interuallum: si aliqn carere ea possumus: redibunt pro
tinus uitia. que uirtutem semp impugnant: Non est igitur comphēsa:
si deserit. si aliqn secedit: Cum vero domicilium sibi stabile collocauit. in oī
actu versari eam nece est: nec pot fideliter depellere uitia & fugare: insipec
tus: quod insedit: ppetua statione munierit: Ipsa ergo uirtutis ppetui
tas indicat humanum animum: si uirtutem ceperit pmanere. Quia &

.X.